

torum per ipsos procuratori comunis assegnare incontinenti, sub pena centum sold. pro quolibet ipsorum et qualibet vice contrafacta.

Cap. XXVII. De forma sacramenti iusticiariorum. R.ca.

5 Iurabunt iustitiiarii comunis sequimen iudicum vel rectorum, et eorum offitium legaliter exercere et bona fide procurare fideliter tam in mensuris quam in ponderibus. ¶ Et quem seu quos invenerint contrafecisse in mensuris vel ponderibus, dominio denuntiari et pro condempnatis dare, et medietatem de hiis, que ad eorum manus pervenerint occasione lucris sui offitii, procuratori comunis assignare per modum et formam contentam in electione ipsorum iustitiariorum, et quecunque eis per dominium fuerint ordinata fideliter exercere. ¶ Et bis
15 tempore eorum offitii de mensuris et ponderibus fideliter procurare, et segomare botonos, sine chochonosis cuiuslibet vasis quod aliquis vendere voluerit in taberna bula eorum bullare, quandocunque fuerint requisiti, etiam sub pena quadraginta frx. pro quolibet ipsorum contrafatiente et vice qualibet contrafacta. ¶ Item non ¹⁾ vendere nec vendi facere per se vel alium tam vinum suum quam alienum sive quod emissent aliquo ingenio toto tempore eorum offitii, etiam pena decem libr. par. pro quolibet ipsorum contrafatiente et pro quolibet vase sine remissione. ¶ Item esse et stare ad minus unus ipsorum ad pesam
25 sive tabulam prope macellum comunis, ubi ponderantur carnes per ipsos, et hoc omni die quo carnes venduntur in macello comunis, sub pena decem sold. par. pro quolibet ipsorum contrafatiente et vice qualibet contrafacta, et hoc causa // ponderandi carnes que venduntur per beccarios comunis et causa
30 bullandi castratos, et ad extumandum carnes et in omnibus aliis suum officium exercendum. ¶ Item bullare quoscunque castrados unum vel plures incontinenti cum fuerint ab aliquo requisiti, quos eisdem legitime videretur debere bullari, etiam

¹⁾ Aggiunta marginale.